

L6c. 73.

DISSE¹⁵
TATIO SECUNDA
DE
**SERVIS VETERVM
FATIDICIS**
ACTOR. XVI. 16

P R A E S I D E

IO. ERN. IMMAN. WALCHIO
ELOQVENTIAE ET POESEOS PROFESSORE PUBLICO ORDIN
SOCIETATVM LATINAIE IENENSIS DIRECTORE
ROMANAEC ARCADVM ET FLORENTINAE
COLVMBARIAE SODALI

D. XXVIII. MART. CICICCLXI
PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMISSA

A

IO. FRIDERICO MEYERO
LAVTERBERGA-CHERVS CO

I E N A E
LITTERIS SCHILLIANIS

15

D 1289 TATIUS CARMELITANUS

SERVUS AETERNUM
FATIDICIS
MORTALIBUS ANTILOPIS

IO HENR MAMM NAPOLCHINO
SODOMIAE ET LITERARUM SCIENTIAE PRAESES
SOCIEATATIS SAVILLIANAE ET LIBORIANAE
A HISTORIAZ ARCHAON ET HISTORIIS
COPERTINIS ET HISTORIIS HISTORIIS
A ZYLLIUS ET GYLLIUS
LITERARUM ET HISTORIIS
LITERARUM ET HISTORIIS

IO TIBURZIO MUYERO
SOCIETATIS ET LIBORIANAE

IENAE
LIBRARIAZ LIBRARIIS



COMMENTATIO SECUNDA
DE
SERVIS VETERVM FATIDICIS
ACTOR. XVI. 16



In priore dissertatione duplex diuinationis genus olim fuisse, demonstratum est, a) alterum artis, alterum, quod naturale CICERO dixit, quodue in singulari dono ac munere diuino situm fuit ac collatum. Ad hoc postremum referendi sunt illi apud veteres, qui vel per somnia diuina admoneri se de rebus futuris; vel singulari futurorum praescientia praeditos se esse, sunt gloriati. b) Illi, qui eiusmodi futura praeconoscendi facultate instructos se esse, iactarunt, non solum diversa in antiquis scriptoribus obtinuerunt nomina; c) sed etiam diversi fuerunt generis, siue vaticinandi modum, quo vni sunt, siue sexum, cuius fuere, siue genitem, vnde originem duxerunt, siue denique statum eorum reputare velimus. Quod attinet I ad modum vaticinandi, duplex is fuit, alter, quo ore: alter, quo labiis clausis vaticinia olim prolata sunt. De primo vaticinandi modo satis copiose iam est disputatum, d) ac monstratum, eos, qui ore vaticinati sint, plerumque.

a) videatur dissertationis primae §. II.
coll. §. IIII.
b) §. IIII.

c) conseratur §. V. et §. VI.
d) §. VII.

A

II COMMENTATIO SECUNDA

plerumque furore quodam inter vaticinandum actos fuisse, cuius rei satis luculenta veterum scriptorum testimoniū a nobis adlata sunt. Quae licet ita sint; neuriā tamē existimandum est, omnes, qui ore futuros hominū casus praedixerunt, vel saltem praedicere voluerunt, furentium prae se tulisse speciem. Quot multos commemorant vates scriptores antiqui, qui de rebus dubiis consulti sunt, qui euentus ancipites dijudicare, qui prænuntiare futura voluerunt, quoque sedata mente fine corporis agitatione motuque vehementiori vaticinatos esse, omnes rationes docent. Exemplum præbet Aristander, celebris ille Alexandri magni vates, de quo tam multa apud CVRTIVM. Ecquis vero consultum eum ab Alexandro trepidasse conuulsoque corpore in terram concidisse et instar furibundi responsa tulisse, dicat? Aut quis arbitrabitur, Telmissenses, vaticinandi peritissimos, Comagenos, Cilices, Arabes aliquos populos, quibus olim singularis diuinandi facultas fuit tributa, furere; aut, quum consulti futura praedicere voluerint, bacchari visos esse? Qua quidem in re hoc mihi vaticinantū discrimen fuisse videtur, vt furor ille fatidicus iūs potissimum proprius fuerit, qui ibi, vbi celebre aliquod oraculum sedem suam habebat, futura ἀμέσως, instinctu afflatuque diuino, praedicere voluerunt. Reliqui vero, inque his et iī, qui dubiarum rerum euentum ex signis externis definire sibi sumserunt, tranquilla et sedata mente ac fine corporis agitatione futuros rerum casus prænuntiasse, videntur.

II

HACTENVS de primo vaticinandi modo, quo vaticinia ore proferri solebant. Sequitur alter, isque haud minus incognitus apud veteres, quo clavis labiis ex ventre sonum, futurarum rerum indicem, singulare vatum genus edere solebat. Dicebantur hi vates Εὐσυλεῖς, ab Eurykle, primo huius generis vate, *τερενόμαντες*, ut IULIVS POLLVX e) SOPHOCLIS auctoritate probat; in primis vero ἐγγαστρίῳ, α γαστὴ, venter et μῆδος, sermo, unde latini eos ventriloquos dixerunt. SVIDAS: f) ἐγγασέμενθος, ἐγγασέμαντις, ὁ νῦν τινὲς Πύθων, Σοφοκλῆς δὲ *τερενόμαντις*. Πλάτων, ο Φιλόσοφος, Εὐσυλέα ἀπὸ Ευρυκλεός, τοιάτερ μάντεας. HESYCHIVS: g) Εὐρυκλῆς,

ο ἐγγα-

e) 11. 4. 162, p. 233. f) lex. voc. ἐγγασέμενθος, p. 667. g) voc. Εὐρυκλῆς p. 1525.

οὐ ἐγγαστέμυθος, οὐ δὲ γένος μαντέων, ἀς ὁμονύμως Εὐευκλέῖς ἔλεγον.
Scholiaſtes ad verba ARISTOPHANIS: b)

μιμησάμενος τὴν Ἔυευκλέας μαντέαν καὶ διάνοιαν
εἰς αἴλορέας γασέρας ἐνδὺς καμφόδικα πολλὰ χέαθαι,
imitatus fatidicus Euryclei morem mentemque
aliam in pectora se insinuans multa comica diffudit.

οὗτος, inquit, οὐ ἐγγαστέμυθος λέγεται Ἀθήνησι τῷ αἰλοῦθῃ μαντευό-
μενος διὰ ἑνπάρχοντας ἀντῷ δέμονος, paucis vero interiectis: ἐγγα-
σέται καὶ Εὐευκλέται ἐπαλλαγτὸν ἐπειδὴν πάντες οἱ μαντευόμενοι, ἀπὸ
Εὐρυκλέας, περῶν τότε ποιήσαντος. His addimus ea, quae GALENVS
habet in glossis HIPPOCRATIS: ἐγγασέμυθοι, οἱ κεκλεισμένοι τοῦ
σώματος Φθεγγόμενοι, διὰ τὸ δοκεῖν ἐπ τῆς γαστρὸς Φθέγγειν, et quae
supra ex PLVTARCHO i) audiuiimus: ἀπειρ τῆς ἐγγαστριμύθους Ευρυ-
κλέας πάλαι, νῦν πύθωνας προσαγγειεύμενοι. Haec veterum scripto-
rum testimonia vbi inter se comparantur, facile, arbitror, consta-
bit, singulare olim fuisse vatum genus, quod clavis labiis ex
ventre vaticinia ediderit: vates hos ab inuentore huius diuinatio-
nis Εὐευκλέῖς, a vaticinandi modo ἐγγαστριμύθῳ dictos esse, item-
que, generis nomine ad speciem traducto, πύθωνας, vicissim omni-
bus vatibus speciei nomen adsignatum eosque Εὐρυκλέας nuncupati
fuisse. Itaque probe videndum est, vtne in his diuersis vati-
bus nomina, omnibus communia, ab iis, quae vni alteri-
ue illorum generi, classi, vel ordini tributa sunt, confundamus, ne-
que nomina generis, cum iis, quae speciei tantum propria
sunt, permisceamus. Ita, si ἐγγαστριμύθους πύθωνας dictos
esse, videimus, errorem committeremus, si idcirco omnes, qui
πύθωνες dicti sunt, ad ventriloquorum classem vellemus amandare.
Πύθων nomen generis est, cuius singularem speciem constituerunt,
qui ἐγγαστέμυθοι dicti olim fuere. Omnes igitur ἐγγαστέμυθοι
fuere Πύθωνες, sed neutiquam, conuerſa vice, omnes πύθωνες,
ἐγγαστέμυθοι fuere. Qui plura de ἐγγαστέμυθοι legere cupit,
adeat EDMUNDVM DICKINSONIVM k) IVLIVM CAESAREM BV-
LENGERVM, l) LEONEM ALLATIVM, m) STEPHANVM LE MOY-

A 2 NE,

b) vespis v. 1014, p. 314, edit. KV- k) Delphis Phoenicifantibus, cap. VIIIIL
STERI.

p. 91. sq.

l) libr. III. de diuinatione, cap. VI.

i) de oraculorum defectu, tom. II. oper. m) Syntagma de engastrimytho, tom. VI.
p. 414. criticor. Anglic. p. 331.

III. COMMENTATIO SECUNDA

NE, n) DAVID. MILLIVM, o) IOANNEM SELDENVM p) IOANNEM CLERICVM q) DAN. CLASENIVM r) IO. HENR. VRSINVM s) GISE. VOETIVM t) CASP. SVICERVM, u) ELIAM SCHEDIVM x) IO. FRANC. BVDDEVUM y) aliasque.

III

EOS, qui instinctu afflatusque spiritus fatidici futura praedicerer voluerunt, ipso vaticinandi modo diuersi generis fuisse, audiimus. Accedit II. aliud eorum discrimen, sexus ratione habita. Vtrique sexui occultam quamdam vaticinandi vim impertiri posse, arbitrati sunt veteres, vnde non mirum, si in prisci aequi vaticibus haud paucas nos feminas reperiamus, quas spiritu quodam fatidico praeditas; aut saltene diuinandi artis peritas esse, communis olim fuit persuasio. Testes locupletissimae sunt sibyllae, z) seu mulieres illae, quarum oracula, metri vinculis adstricta et graeco

fermo-

- n) notis ad varia sacra, p. 993. sq.
- o) diff. de נובתת אב et נובתת נב p. 395. eius dissertationum selectorum.
- p) de diis Syris synt. I. cap. 2.
- q) not. ad HAMMONDI nou. test. p. 561.
- r) de oraculis gentilium, p. 10. sq.
- s) analectis sacris, libr. II. cap. 7.
- t) tom. I. dissertationum selectorum, p. 1037.
- u) thesauro ecclesiastico, p. 985.
- x) de diis germanis, p. 456.
- y) hist. eccles. ver. test. period. II. sect. I. p. 623. sq.
- z) de his sibyllis earumque oraculis commentarii sunt: ERASMVS SCHMIDIVS in Sibyllinis, Viteb. CIOIOCLXVIII. 8. EDW. SIMSONIVS disquisitione de sibyllinis vaticiniis, addita parti postremae EIVSDEM chronici catholici, OXON. CIOIOLCLI fol. editi: IO. MARKIVS disputationibus academicis de sibyllinis carminibus, Francquerae, CIOIOCLXXXII. 8. IOAN. CRASSETIVS dissertation sur les oracles des Sibylles, Parisiis, CIOIOCLXXXIII. 12. SERVATIVS GALLAEVS

- dissertationibus de Sibyllis earumque oraculis, Amst. CIOIOCLXXXVIII. 4. ONOPHRIVS PANVINIVS libro de sibyllis et carminibus sibyllinis, tom. I. miscell. GAVDENTII ROBERTI, p. 296. infra testis et adiuncutus deinde DAN. CLASENII libris inox laudandis, p. 801. sq. AVCTOR anonymous historiae deorum fatidicorum, vatum, sibyllarum, phoebadum, Francofurt. CIOIOCLXXX. 4. PETRVS PETITVS libris tribus de sibylla, Lips. CIOIOLCLXXXVI. 8. ISAACVS VOSSIUS de sibyllis, OXON. CIOIOLCLXXX. 8. RICH. SIMONIVS opafulis criticis aduersus ISAAC. VOSSIVM, Edinb. CIOIOLCLXXXV. 4. IO. REISKIVS exercitationibus de vaticinis sibyllinis, Lips. CIOIOLCLXXXVIII. 8. DAN. CLASENIVS libris tribus de oraculis gentilium et in specie de vaticiniis sibyllinis, Helmstad. CIOIOLCLXXXIII. 4. Tacemus de aliis, de quibus videri potest catalogus bibliothecae Bunauianae, tom. I. p. 62. et IO. ALE. FABRICIVS libr. I. biblioth. graecae, cap. 29. p. 167. sq.

sermone consignata, hodieque circumferuntur. a) Quae etsi suspectae admodum fidei et dubiae auctoritatis sunt; res ipsa tamen negari haud potest, exstisso olim eiusmodi feminas, quibus vaticinandi facultatem aequem ac multa eius generis oracula poetica veteres graeci adsignarunt. Ac sibyllis quidem istis, illis nempe, quae *sibyllarum* nomen per eminentiam consequitae olim sunt, multae aliae, eiusdem fere fortis, feminae, προφητίδες adpellat PLVTARCHVS, b) adiungi possent, quae magnam olim celebritatem nominisque famam a diuinandi, quam possidere credebantur, facultate sibi compararunt; sed nolumus in re satis cognita iusto diuitius haerere. c) Adiungimus tantummodo Pythias vates, ex quibus Delphis oracula edebantur, vatem Theſſalam apud LVCANVM, d) matronam illam romanam, de qua idem poeta cecinit e) Priscam et Maximillam apud HIERONYMVM, f) Colophoniam Lampusiam apud SVIDAM g) Cassandram, Priami et Hecubae filiam apud VIRGILIVM, b) Carmentam, Euandri matrem, cuius PLVTARCHVS, i) DIONYSIUS Halicarnassensis k) aliquie faciunt mentionem, Faunam vel Fatuam, a romanis in dearum numero habitam, l) sacerdotem feminam in templo Solis apud VORISCVM, m) Samnitas porro mulieres apud Gallos, alias apud Germanos, de quibus io. GEORGIVS KEYSSLERVS n) est videndum,

A 3

easque

f) comm. in Ezech. cap. XIII.

g) videatur de ea DAN. CLASENIUS

libr. III. de orac. cap. 15. p. 651.

h) libr. II. Aeneid. v. 246.

i) vir. Romuli, p. 33.

k) libr. I. antiqu. rom. p. 24.

l) vide LACTANTIVM libr. I. diuin. institut. cap. 22. §. 9. et adde SERVIVM ad Virgil. Aen. VII. 47. p. 805. ed. MASVICII.

m) vir. Aurelian. cap. IIII.

n) singulari differenzia de mulieribus fatidicis veterum Celtaarum genitiumque se- prentrionalium, p. 369, eius antiquitatum se- prentrional. ex Celtic. Mulierum vatici- nantium germanarum, summae apud suam gentem auctoritatis, mentionem faciunt DIO CASSIUS libr. XXXVIII. cap. 48. IVLIVS CAESAR libr. I. de bello gall.

a) edita haec oracula sunt graece et latine, interpretare SEBAST. CASTALIO-
NE cum adnotationibus XYSTI BET-
LEII, Baileae C19LXXXXV. 4. et
C19LXV. 8. cum notis IO. OPSOPOEI
Parisii C19LXXXVIII. 8. et in
monumentis patrum orboradographis, Ba-
sil. C19LXVIII. fol. editus, p. 117.
Optima editio est, quam SERVATIO
GALLAEO debemus, Amstelod. C19L
CLXXXVIII. 4. Leguntur quoque haec
oracula tom. II. bibliotecae maximaee pa-
trum p. 492. sq. edit. Lugdunensis.

b) de def. orac. tom. II. operum, p. 431.
c) vide PANVINIUM ET CLASENIUM
locis excitatis, et adde supra laudatum
librum BOISSARDI de diuinatione.

d) libr. VI. pbarſal. v. 651.

e) libr. I. v. 676.

casque, quarum PLAUTVS o) facit mentionem:

da, quod dem quinquatribus

praecantatrici, coniectrici, bariolae atque aruspiceae.

III.

VATES porro eiusmodi, III. gentis, vnde originem habue-
re, ratione habita, admodum differebant. Creditum enim olim
fuit, esse quasdam gentes, quae diuinandi facultate longe melius
instructae essent, quam reliquae, id quod etiam in caussa fuit,
quare non solum vaticinandi ars in una gente longe magis flou-
rit; quam in altera; sed etiam, cur alii yates alios olim nobiliores
fuerint, pro gentis discrimine, siue potius pro celebritatis aucto-
ritatisque differentia, quam quaeque gens diuinando sibi com-
parauerat. p) In primis apud veteres in honore fuerunt Chaldaei,
de quibus IVVENALIS: q)

chaldaeis sed maior erit fiducia, quidquid
dixerit astrologus, credent, a fonte relatum
Hammonis

angures porro Phrygiae, et Indi, siue potius Indorum gens, Brach-
manes, vt ex eodem poeta r) constat:

diuitibus responsa dabunt Phryx augur et Indus;
tum coniectores Iiaci, id est, vates Aegyptii, apud ENNIVM: s)
non

lo gall. cap. 50. PLUTARCHVS vita Cae-
saris, p. 717. CLEMENS Alexandrinus,
libr. I. Stromatum, p. 305. FRONTINVS
libr. II. strategem. cap. I. POLYAENVS
libr. VIII. strategem. cap. XXIII. §. 4. p.
736. Plura dabunt de fatidicis veterum
germanorum mulieribus interpres DIO-
GENIS LAERTII vit. philos. p. 320. edit.
MEIBOMII, IAC. BRUCKERVS hist. crit.
philos. tom. I. p. 331. et 10. ALB. FA-
DRICIVS not. ad Dion. Cass. p. 186. Ad
has fatidicas mulieres pertinet in primis
Veleda apud TACITVM libr. III. hist.
cap. 61. §. 4. de morib. German. cap. VIII.
§. 4. ac SVETONIVM vit. Claud. cap. I.
§. 4. Ganna apud DIONEM Cassium libr.

lxvii. cap. 5. Arunia apud TACITVM
de morib. German. c. VI. l. §. 5. ac fine
duobus Carta apud SVETONIVM vit. Vi-
zell. cap. XI. l. §. 7. vt de aliis, a KEYSS-
LERO memoratis, taceamus.

o) mil. gloriof. act. III. scen. I. v. 97.
98.

p) legatur de hoc argumento CICE-
RO libr. I. de divinatione, cap. 41. et 42.
q) sat. VI. v. 553.

r) sat. VI. v. 585.

s) fragmentis, p. 226. edit. HESSE-
LII. Vatis Aegyptii mentio fit apud
DIONEM CASSIVM libr. LVIII. cap.
29. p. 935. et alias libr. LXXXVIII. cap.
4. p. 1313.

non habeo denique nauci Marsum augurem,
non vicanos baruspices, non de cирco astrologos,
non Iiacos coniectores,

in primis Telmissenses, de quibus ARRIANVS t) perhibet, esse eos σοφοὺς τὸ θεῖα ἐξηγεῖσθαι καὶ σφίσιν ἀπὸ γένες δεδιδόται ἀντοῖς καὶ γυναικὶς καὶ παισὶ τὴν μάντειαν, peritissimos prodigiorum interpres et vaticinandi scientiam ipsis pariter atque uxoribus et liberis insitam esse. Atque ex ista gente, PLVTARCHO u) teste, Alexandri Magni vates, ARISTANDER, fuit, cuius aliquoties apud Curtium fit mentio, peritissimus ille vatum, vt idem auctor eum dicit x) et cui maxima fides ab Alexandro habebatur. y) Neque vero minorem in diuinando auctoritatem Syri, Cilices, Arabes, Etrusci veteres olim comparasse sibi videntur. Sic Alexander praeter Aristandrum aliosque vates, Syram quandam mulierem fatidicam apud se habuit. Αἰσθέθασ, inquit ARRIANVS, z) ἀδει ἀνέγραψε. Σύραν γυναικαν ἐφομαστεῖν Ἀλεξάνδρῳ, κάτοχον εἴ τε Σέριον γιγρομένην, Aristobulus auctor est, mulierem quamdam Syram, nomine correptam, Alexandrum sequutam. Idem de Mario refert PLVTARCHVS: a) καὶ γὰς τινα Σύραν γυναικαν, Μάρθαν ὄνουσα, μαντίνεισθαι λεγομένην, ἐν Φορέω κατακειμένην, σεμνῶς περιηγέτο, etenim Syram quamdam, nomine Martham, quae dicebatur vaticinari, in lectica positam, caste secum duxit, ex quo effato vera FRONTINI b) lectio restitui potest, apud quem haec Marii vates ex Scythia fuisse dicitur. C. Marius sagam quamdam ex Scythia habuit, a qua se dimicationum euentus praedicere simulabat. Pro Scythia igitur legendum Syria, ut recte JOSEPHVS WASSE c) obseruavit, quae lectio tanto profecto est certior, quod codices non desunt, in quibus diserte haec Marii socia Syra vocatur. d) Cilicum et Arabum in diuinando scientiam praedicat

CICE-

- z) de exped. Alexandri libr. II. cap. 3.
p. 63. ed. GRONOVII.
u) vit. Alex. p. 665.
cc) libr. IIII. cap. 2. §. 14.
y) libro codem, cap. 6. §. 12.
z) libr. IIII. de exped. Alexandri,
cap. 13. p. 170.
a) vita eius, tom. I. operum, p. 414.
b) libr. I. Strategem, cap. II. p. 182.
edit. Vefsal.
- c) not. ad Sallustium, bello Iugurth. cap.
LXVII.
d) neque vero non iudei vates olim cogniti fuere. Vide IVVENALEM sat. VI. v. 342. coll. DIONE CASSIO libr. LXVI. cap. I. p. 1077. itemque Germani, ut EX SVETONIO vit. Domitianii, cap. XVI. coll. DIONE CASSIO libr. LXVII. cap. XVI. patet; ne de Germanorum fatidicis mulieribus, de quibus supra, dicimus.

CICERO, e) ex quo etiam satis patet, Etruscorum gentem hoc nomine olim celeberrimam et apud Romanos in primis in summa auctoritate fuisse. Idem confirmant alii scriptores, romanosque ab hoc populo omnem auguralem suam disciplinam et in diuinando artem petuisse, testantur,

V

Denique et IIII, *statu et conditione* vates veteres dines fuerunt generis. Alios enim nobilioris et honestioris, alias vilioris conditionis et plebeios fuisse, legimus. De illis loquitur **IUVENALIS** f) eosque diserte a plebeis distinguit:

si mediocris erit - - -
frontemque manumque
praebebit vati, crebrum popysma roganti.
Divitibus responsa dabunt Phryx augur et Indus
Conductus dabit astrorum mundique peritus
atque aliquis senior, qui publica fulgura condit.
Plebeium in circu positum est - - -

quibus verbis satis superque vatum horum discriminem patet. Ac si quidem, qui honestiore fuere conditione, non in plateis stabant; aut in circu; aut in triuuis, artis suae quaestum facturi; sed aut domi quaerebantur ab iis, qui consulere eos de rebus futuris solebant, aut inuitabantur ad ditiorum et nobiliorum ciuium principumque aedes. Vnde in epigrammatibus veterum g) legimus verba: πρὸς τὸν μάντιν ἡλθεν ὁ πυκτῆς, ἡλθ' ὁ παλαιστῆς cet. εἰ μέντη γηζῶν βελόμενος προμαθέων, εἰς Ρόδον εἰ πλέυσοι, ἐξωτῶν, τις μέντης νησίν, θέλοντες γνάνας cet. Eam in rem **LVCANVS** canit: h)

haec propter placuit Tuscos de more vetusto
acciri vates

de Antonino vero imperatore refert **HERODIANVS**: i) χρηστηρίῳ πληντῶν ἐνεφορέστο, τὰς τε πανταχόθεν μάγις καὶ ἀσεονομεῖς τε καὶ Θύτας μετεπέμπετο, et paullo post: κελεύει αὐτῷ, scilicet Mater-

niano,

e) libr. 1. de diuinis. cap. 41.

b) libr. 1. pharsal. v. §84.

f) sat. vi. v. §82. sq.

i) libr. 1111. cap. 12. §. 6. 7.

g) florileg. var. epigramm. libr. II. n. 4. §. 6. p. 275.

j)

niano, μάγον τες ἀρίστους ξερνόσαντι, magos undique optimos ut conquirat, quos de futuris rebus consulueret, quiue ipsi vera vaticinarentur. Idem pater ex duabus legibus CONSTANTINI magni, k) altera ad praefectum vrbi, altera ad populum, in quibus aruspices et qui huic ritui adsolent ministrare, id est, ut recte GOTHOFREDO verba haec interpretatur, vates et barioli priuatas domos, ad quas nempe vaticiniorum caussa a superstitionis inuitari solebant, accedere prohibentur. Habant igitur eiusmodi vates et quinque futura vel ἀπέων vel tex signis quibusdam praedixerunt, Romae statuta loca, vbi habitarent, ut ab iis, qui confulere eos de futuris rebus vellent, eo facilius possent inueniri. Egregium est PLAVTI l) ea de re testimonium:

sub veteribus, ibi sunt, qui dant quique accipiunt foenore,
pone aedem Castoris, ibi sunt, subito quibus credas male
in Tusco vico ibi sunt homines, qui ipsi se venditant
in Velabro vel pistorem, vel lanium, vel aruspicem
vel qui ipsi vortant, vel qui aliis ut versentur, praebeant.

Quemadmodum enim artifices et cuiusvis generis opifices magistratus decreto certis vrbis regionibus olim addicti ipsisque definita ad habitandum loca adsignata erant, eamque ob caussam etiam in antiquis inscriptionibus opificum nominibus locus habitationis sive viae nomen, vbi habitarunt, adiungi solet; m) sic eadem fuisse videtur vatum, augurum et aruspicum ratio, ut ex hoc Plautino effato

k) libr. VIII. cod. Theodos. tit. 16.
leg. 1. et 2.

l) curcul. acr. IIII. scen. I. v. 18.

m) sic in antiquis monumentis commemorantur varii generis artifices et negotiatores DE SACRA VIA, nominatim margaritarii apud FABRETTVM inscriptionibus domesticis p. 701. zum, 228. librarrii apud GRYTERVM p. 10 CXXI. num. 5. caelatores, p. 10 CXXII. num. 1. Apud REINESIVM dicitur Pollecla quedam, venditrix hordei DE VIA NOVA, class. XX. num. 370. p. 982. Alli eius gene-

ris opifices habitationis suac locum a portis, templis, aris, circis, vicis, lucis, foris cet. solent designare. Ita mention fit Sigarii post aedem Castoris, apud GRYTERVM, p. 10 CL. 1. negotiatoris aerarii et ferrarii sub aede Castoris, ib. p. 10 CXXX. 2. pomarii de circa maximo apud REINESIVM class. XI. inscr. 79. p. 636. et SPONIVM miscell. erind. ann. p. 230. carpentarii a vico trium ararum apud MYRATORIVM p. 10 CCCGLXXII. 9. caligarii de vico cuprio apud REINESIVM p. 648. num. 17. lanarii de vico Caesaris apud FABRETTVM p. 701. num. 233.

effato licet suspicari. *Ad velabrum autem, id est iuxta Auentinum montem, vbi tabernae oleariorum, n.) aruspices olim habitaſſe, dicit, quo vocabulo, niſi nos omnia fallunt, eos generatim, qui consulti de futuris rebus responſa dederunt, complecti hoc loco poeta videtur.*

VI

ALTERVM vatum genus plebeiorum viliorisque conditionis fuit, qui exiguo plerumque pretio in viis, triuīs, plateis forisque vrbium plebi vaticinari eidemque quaestus cauſſa ſucum facere solebant. Ac de his in praefenti tanto studioſius commentandum nobis erit, quod ancilla illa fatidica Philippensis, ex qua Paullus ſpiritum malignum expulſe, dicitur, viliorum iſtiusmodi vatum generi adſcribenda eſſe, videtur. Primum nos veterum de his teſtimonia colligemus, deinde, quid ex iſtis in hoc argumenio lucis peti poffit, monſtrabimus, ENNIVS o) vatum horum diſerte facit mentionem, cuius verba CICERO p) nobis feruauit:

non babeo denique nauci Marſum augurem,
non viacanos haruſpices, non de circō aſtrologos,
non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomnium,
non enī ſunt ii, aut ſcientia, aut arte diuini,
ſed ſuperftiſiosi vates impudentesque barioli,
aut inverteiſ, aut inſani, aut quibus egeſtas imperat,
qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam,
quibus diuinitas pollicentur, ab iis drachmam ipſi petunt:
de biſ diuinitiſ ſibi deducant drachmam, reddant cetera,
qui ſui quaestus cauſſa fictas fuſcitant ſententias.

De

n) de velabro vide IAN. IAC. BOIS-SARDVM topograph. vrb. rom. part. I. p. 27. IOSEPH. SCALIGERV M conieccan. in Varroneum de lingua lat. p. 22. ADR. TURNEBVM comm. in eundem scriptorem, p. 24. et libr. XXI aduersar. ap. 30. FRI-DER. TAVBMANNVM not. ad Plaut. capitu. act. III. ſcen. 2. v. 29. p. 268. IAC. CRYCQVIVS not. ad Horarium, p. 452. IAN. BROVKHVSIVM not. ad Tibulum libr. II. el. 5. v. 33. FAM. NARDINVM

Rom. vet. libr. V. cap. 10. libr. VII. cap. 4. OLAVM BORRICHIVM ant. vrb. Rom. mae facie, cap. X. §. 6. ALEXANDRVM DONATVM Rom. vet. libr. II. cap. 15. GVID. PANCIROLVM deſcripc. vrb. Rom. rom. III. theſ. ant. rom. GRAEVII p. 367. BARTH. MARLIANVM topogr. vrb. Rom. libr. III. cap. 14.

o) p. 227. operum ENNII, edit. FRANC. HESSELII.

p) libr. I. de diuinar. cap. 58.

De iisdem haec PLAVTINA q) verba explicari debent: *suppositum*
 - - da mibi, vir, calendis meam quod matrem iuuerit,
 da, qui farciat, da, qui condiat, da, quod dem quinqua-
 tribus
praecantatrici, coniectrici, bariolae atque aruspiceae,
 et CICERONIS, r) verba ENNII, quae modo expressimus, reci-
 tantis hisque adiicientis, non se fortilegos, neque eos, qui quaesitus
 caufa bariolantur, agnoscere. Neque vero immerito huc referen-
 da sunt ea, quae de hoc plebeiorum vatum genere IVVENA-
 LISS) cecinit:

diuitibus responsa dabunt Phryx augur et Indus
conductus - -
plebeium in circo possum est, et in aggere fatum,
quae nudis longum ostendit ceruicibus aurum
consulit ante phalas, delphinorumque columnas

plebeium poeta dicit fatum, id est, quod plebi vates in circo et
 aggere solent nuntiare. Addimus effata LIVII: t) sacrificia
 ac vates ceperant hominum mentes, quorum numerum auxit rusticus
 plebs, ex incultis diutino bello infestisque agris egestate et metu in urbem
 compulsa et quaesitus ex alieno errore facilis, quem velut ex con-
 cessae artis usus exercabant: COLVMELLAE: u) villici, baruspices sagasque,
 quae utraque genera vana superstitione rudes animos ad impen-
 sas ac deinceps ad flagitia compellant, ne admiserint: CATONIS: x)
 villicus baruspicem, augurem, bariolum, chaldaeum ne quem consuluisse
 velit: TERTULLIANI: y) plane confitebor, quinam, si forte, vere de
 sterilitate christianorum conqueri possunt: primi erunt lenones - - vene-
 narii, magi, item arioli, aruspices, mathematici. Ac huius qui-
 dem generis vates in mente habuisse videtur apud PHILOSTRA-
 TVM z) APOLLONIVS, quum ab iis, qui veram diuinandi artem pro-
 fitentur, τοὺς ψευδοτρόπους, quos ἀγέλοντας circulatores adpellat, distinxit

B 2

illorum-

q) mil. glorijs. act. III. scen. I. v. 95.

x) de re rust. cap. 5.

r) libr. I. de natura deorum, cap. 58.

y) apologet. cap. XXXXIII.

s) sat. VI. v. 585.

z) vit. Apoll. Tyanensis libr. VIII. cap.

t) libr. XXV. cap. I.

7. §. 3. p. 331. edit. OLEARII.

u) libr. I. cap. 8.

illorumque artem in eorum, qui decipientur et spectatores se praebant, amentia, siue, ut ibi graece est, ἐπὶ τῇ τῶν ἐξαπατωμένων τε καὶ θεωρέων ἀνάστασι, positam esse, pronuntiat. Inprimis non prae-
termittenda est lex imperatoris CONSTANTII, a) qua eiusdem vat-
um nugae et fraudes, addita capitinis poena, interdicuntur: *nemo baruspicem consulat, aut mathematicum; nemo harriolum.* Augurum
et vatum prava confessio conticescat. Chaldaei ac magi et ceteri, quos
maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc
partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curio-
sitas. Etenim supplicium capitinis feret gladio vltore prostratus, qui-
cunque iussis obsequium denegauerit.

VII

EX his veterum scriptorum locis facile, quae plebeiorum ho-
rum vatum ratio olim fuerit, intelligitur. Patet enim ex his I
eos non vnius fuisse generis, si ex diuersis, quae aliquoties in
his effatis, nominatim ENNII, PLAVTI et CONSTANTII coniungun-
tur, nominibus disserimen eorum dijudicare licet. Ita certe est.
Nam etsi non negandum est, vocabula magi, harrioli, aruspices,
vatis, mathematici aliaque modo latiori, modo angustiori significatu-
ideoque alia pro aliis haud raro συνωνύμως esse viurpata; b) omnen-
tamen inter eiusmodi vilioris sortis vates differentiam negare, es-
set temerarium et contra omnem in laudatis priscis scriptoribus
verborum συναφείαν. Inprimis eos, qui plebi futura vaticinati
funt, modo vates, modo harriolos, modo augures, modo aruspices,
reperimus, adpellatos esse. Qua in re hoc notandum est, *vatis*
vocabulo plerumque latiorem subiectum esse in antiquis scriptoribus
significatum, eoque vaticinantem quemuis, nulla vaticiniorum
generis, aut modi habita ratione, solere designari. Ita est apud
VIRGILIVM: c)

- - vatem adspicies, quae rupe sub ima
fata canit
nempe res futuras, et alio loco: d)

a) libr. VIII. cod. Theodos. tit. 16.
leg. 4.

b) conf. EVRTIVS VII. 7. 2.

c) Aeneid. III, 443.

d) Aeneid. VI, 211.

- - aui-

- - - *auidusque refringit
cunctantem et vatis portat sub tecta sibyllae,
itemque apud PLAVTVM: e)*
bonus vates poteras esse, nam, quae sunt futura, dicit.

ne de innumeris aliis veterum auctorum locis dicamus. *Harioli* significatio multiplex olim fuit, neque vna est de huius vocabuli origine sententia, aliis a fando, aliis ad halando, aliis, vt *ISIDORVS f)* vult, ab aris istud deducuntibus. Saepe pro extispicibus usurpatur, vt est apud *FESTVM: g)* cuius ad exta inspicienda conductur *harioli*, et apud *APVLEIVM: b)* an licet ariolis incinora rimari? Quum vero *CICERO i)* *hariolorum* et *vatum furibundas* praedictiones commemorat; *DONATVS* autem ad *TERENTIVM k)* notat, *hariolos* ad *halando dictos*, quum *balitu soleant mortalem animam* velut excludere seu *ex balare*, vt *diuinam recipient*; ad haec vero ex *ISIDORO l)* liquet, eos quoque, qui ad *idolorum aras*, *funebris* oblatis sacrificiis, *daemonum* responsa *exspectauerunt*, *hariolos* nuncupatos esse, facile, arbitror, constabit, *vocabulum* hoc nulli olim certo *diuinationis generi* adstrictum fuisse, adeoque non mirum, si cuiusvis generis vates plebeios, siue hoc, siue alio modo futura praedixerint, *hariolos*, et si feminae fuerunt, *hariolas* dictas esse, legamus. Ac sic quidem etiam verbum *hariolari* de quauis diuinatione, vel rerum futurarum praedictione solet usurpari, vt est apud *PLAVTVM: m)*

capillum promittam optumum' st occipiamque hariolari,

quem locum si cum alio *SENECAE n)* et *TIBULLI o)* comparamus, *vatum* horum singularem habitum, satis incomtum, barbam impe-xam, *capillitum* fordidum, *vesiem* incultam, eosque *lintea* indutos fuisse ac caput vaticinando iactasse, cognoscimus, quamquam non omnium vt vna vaticinandi ratio, sic vnu quoque cor-

B 3

poris

e) *mil. gloriof. act. III. scen. 3. v. 37.*

b) *apol. p. 472.*

f) *orig. VIII. 9.*

i) *de diuinat. libr. I. cap. 2.*

g) *conf. ADR. TURNEBVS libr. XVIII.*
adversar. cap. 10. libr. XXVIII. cap. 13. Adda-
tur *TAVBMANNVS noris ad Plauum*, p.
834.

k) *Phorm. act. IIII. scen. 4. v. 27.*

l) *loco memoraro.*

m) *rudens. act. II. scen. 3. v. 46.*

n) *de vita beata, cap. XXVII.*

o) *libr. II. eleg. 5. v. 65.*

poris vestiumque habitus fuisse videtur. Vocabulorum *augur* et *aruspex* eadem est ratio. Quorum illud est si de iis, qui ex aui-
um cantu et volatu, siue de *ειωνοσκόποις*, qui a *PAVSANIA* p)
ἀγαθοὶ διαγνῶνται πτήσεις ὄρνιθαν dicuntur, hoc de *ἱεροσκόποις*, *ἀγα-*
θοῖς, ut idem scriptor q) habet, *διαγνῶνται σπλάγχνα ιερῶν*, id est, de
iis, qui ex victimarum extis, ominiibus r) et portentis, futuros rerum
euentus praemonstrare voluerunt, portissimum usurpatum fuit; latius
tamen saepe patuit et ad plebeios quoque vates, qui neque au-
gurum; neque aruspicum collegio adscripti fuere, translatum fuit.
Itaque duplex olim augurum et haruspicum genus fuit, nobilius
alterum et honoratum et ad collegii formam redactum, s) alter-
rum vilius et plebeium, quod vaticinari populo et honorifico au-
gurum et haruspicum nomine abuti solebat. Ac hi fere sunt, quos
ENNIVS *vicanos haruspices*, *augures Marjos*, quos *PLAVTUS* *ἀπλῶς*
harioles et aruspices dicit, quos *COLVMELLA* et *CATO* eodem,
augurum nempe et haruspicum, nomine *villicis* tribuit, quorum
de restituendo imperio romano vaticinium ridet *VOPISCVS* t)
et quorum *prauam confessionem conticescere* vult *CONSTANTIVS* im-
perator. Qui omnes multis modis superstitiones plebi quaestus
causa facum facere ac modo ex signis, modo sine illis futura pre-
nuntiare, consilientibusque responsa dare solebant. Quid autem
astrologi, quid Iiaci coniectores, quid praecantatrices, quid magi
quid mathematici? quorum omnium in supra recitatis veterum
scriptorum effatis mentionem factam esse, audiuimus. Fuere
hi quoque diuersi ab illis, quos harioles, augures aut aru-
spices

p) *Atticis*, cap. XXXIIII.

q) *loco memorato*, *DIODORVS Siculus*
libr. II. cap. 21. *auguralem disciplinam τῶν*
τῶν εἰωνῶν μαρτυρῶν, *aruspicinam vero*
ἱεροσκόπων vocat.

r) eminum enim captatio frequentis-
sima olim fuit, in primis apud gentes, verorum factorum expertes, ut ex THEO-
PHRASTO *charact. morum* cap. XVII. p.
140. ed. 10. CORN. DE PAVV et PLV-
TARCHO *de superstitione*, tom. II. ope-
rum, p. 164. sq. patet. Multa quoque
ea de re collegit ANT. VAN DALE de
orig. et progr. *idol. diff.* III. cap. I. p.
363. Neque christianos veteres ab hac

superstitione immunes fuisse, patet ex
CHRYSOSTOMO hom. XII. in epist. ad
Ephesios.

s) haruspicum ordinariorum, qui nem-
pe collegio adscripti publice et magi-
stratus auctoritate munere hoc faceti sunt,
numero sexaginta fuere, vt tres lapides
verutsi docent, alter Beneventanus apud
GRVTERVM p. CCCIIII. 7. quem *MV-*
RATORIVS p. CLXXI. 3. corrupte exhibe-
bet, cumque Romae existare dicit, alter
Lugdumentis ibid. num. 8. tertius Roma-
nus, apud *REINESIVM* claff. V. infor-
m. 13. p. 360.

t) *vit. Florian.* cap. II.

spices nuncupatos fuisse, diximus? Fuere quodammodo, quamquam haec vocabula non vna eademque ratione abhibita olim fuisse, libentissime fatemur. Istacos enim coniectores ENNIVS et alii vocant Aegyptiorum vatum genus, u) astrologos autem et mathematicos, qui ex astris et siderum cursu futuros rerum euentus studuerunt praecognoscere. x) Ab his praecantatrices, et incantatores erant diuersi, qui malefiscis artibus vti carminibusque et incantamentis mala queuis in homines deducere, aut ab aliis deducta remouere posse, credebantur. y) Quo etiam quodammodo magi pertinent, de quo vocabulo eiusque diuersa significandi potestate multa, si instituti ferret ratio, dici possent. z) Id tantummodo adnotasse sufficiat, vocabula *magi*, *astrologi* et *mathematici*, in historiae potissimum romanae scriptoribus plerumque de viliorum illorum vatum genere, quod modo ex astris, modo aliunde futuros vitae casus praedicere hominibus voluit, esse accipienda, et ad hos spectare senatus consulta illa et edicta praetorum atque aedilium, itemque caesarum augustorum mandata,

quibus

u) de quo videatur FRANCISCVS HESSELIUS notis ad Ennium, p. 226.

x) vid. IVLIVM CAPITOLINVM vit. Gordiani iun. cap. XX. collato DIONE CASSIO libr. XXXXV. cap. I. p. 419. Addatur ex recentioribus ANT. VAN DALE de origine ac progressu idololatriae diff. III. cap. 3. p. 425. sq. et DIONYSIUS VOSSIUS not. ad Moysi Maimonidis anuodah sara, cap. XI. num. 16.

y) de tota hac colluui et quotquot ad eam olim pertinuere, dignus est; qui legatur IO. FRANC. BVDEVS hist. eccl. ver. rest. period. II. sect. II. p. 615. sq. DIONYSIUS GOTHFREDVS notis ad codicem Theodosianum, tom. III. p. 129.

ANT. VAN DALE libro de origine et progressu idololatria ac superstitionis, de ipsius vero magicis incantationibus, veneficiis seu *quaesicatu*s veterum MICH. PICCATVS de magia veteri et recenti, p. 213. eius orationum academicarum, ERID. GOTTH. FREYTAGIUS diff. de incantationibus magici, Lipsiae, CIOGCCX. 4. SAM. WESSELIUS diff. de magia veterum,

p. 348. eius dissertationum in librum Iobi cel. WESSELINGIUS not. ad DIODORVM Siculum tom. I. p. 142. aliisque videantur, laudati in EBERH. DAV. HAVBERI biblioteca magica, Lemgoviae CIOGCC XXXVIII. 8. tribus voluminibus edita. Prae ceteris vero videndi sunt doctissimi interpres VIRGILII eclog. VIII. OVIDII libr. XIII. metamorph. PROPERTII libr. III. el. 4. LVCANI libr. VI. V. fo8. sq. cum quibus ea comparanda sunt, quae in SENECAE Medea, APULEII apologia, LVCIANI periplus, THEOCRITI idyllo secundo ea de re memoriae prodita sunt.

z) vide MART. PETRVM CHEITO-MAEVVM in gracobarbaris novi testam. p. 88. THOM. HYDE de religione veterum Persar. cap. XXXI. p. 372. AEGID. ME-NAGIVM not. ad DIOG. LAERTIVM, p. 5. ADRIAN. RELANDVM diff. miscell. part. II. p. 189. aliosque, a IO. CHRISTOPH. WOLFIO cur. phil. et crit. in quatuor evan-gelia; p. 26. laudatos.

quibus *magi* et *mathematici* vrbe pulsū dicuntur. Quos enim **TACITVS** ^{a)} et **SVETONIVS** ^{b)} modo *magos*, modo *mathematicos* dicunt, hos **DIO CASSIUS** non solum *ἀστρολόγους καὶ γόντας* adpellat ^{c)} sed etiam, facta de his loquendi occasione, vt, qui nomine isto comprehendantur, intelligere liceat, *καὶ πάντας*, inquit, ^{d)} de Tiberio loquens, *ἀστρολόγους καὶ τὰς γόντας εἰ τέ τινα ἔτεσον καὶ ὄποιονθν τρόπον ἐμαντεύετο τις, τὰς μὲν ζευς ἑθανάτωσε, τὰς δὲ πολίτας, οἵτινες τοτε ἦτι, μετὰ τὸ πρότερον δόγμα, διὰ ἀπηγόρευτο μηδὲν τοιότον ἐπὶ τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι, ἐπηγγέλθησαν τῇ τεχνῃ χρήματοι, ὑπερώσιτε, omnes *astrologos*, *magos* et alio quoniam modo diuinantes, peregrinos necauit, ciues autem, quotquot etiamnum, neglecto priori edicto, quo prohibitus fuerat usus barum artium omnibus, qui in vrbe essent, tractare huiusmodi res deferrentur, extorres egit. De iis autem, quos γόντας adpellat **DIO Cassius**, recte haec monet ^{10.}*

ALB. FABRICIVS: ^{e)} per γόντας intelligere fas est eos, qui magicarum artium ludificatione vel falsarum diuinationum praestigiis quaestum parabant. Ita enim cum astrologis magi frequenter in principum edictis coniunguntur. Tacemus de praestigioribus, ^{f)} qui sensuum fallaciis θαυματόποιοι videri volebant quaestus causa, vt suis fraudibus a circulis pecuniam sibi corroderent.

VIII

ACCEDIT II. vates hos plebeios publice in circis, viciis, triuīs et pagis plerumque commoratos ibique vaticinatos esse. Patet id luculenter ex supra addatis veterum scriptorum testimoniosis. **ENNIVS** ^{g)} idcirco eos *vicanos* dicit haruspices, quod in viciis plerumque stantes plebemque ad se adlidentes in circulis hominum futura fata sciscitantibus aperire, soliti sunt, itemque *astrologos de circo*, quae verba vel de circulis hominum, in quibus, ab aduolante turba circa illos factis, artem suam exercuerunt, vel de circo romano, quem locum id genus hominum frequentare solebat, possunt

- ^{a)} libr. I. bīst. cap. 22. libr. II. cap. 62. libr. II. annal. cap. 32. libr. XII. cap. 52. ^{b)} vir. Tiberii, cap. XXXVI. vir. Neronis cap. XI. vita Vitellii, cap. XIV. ^{c)} libr. XXXXVIIII. cap. 43. ^{d)} libr. LVII. cap. 15. p. 862. ^{e)} nos. ad Dionem Cassium, p. 601. ^{f)} videatur IO. ARGOLVS not. in Pant. ^{g)} loco memorato.

possunt explicari. b) Quod quidem nullibi melius; quam ex supra adlatis IVVENALIS versibus cognosci posse, arbitramur. Plebeium enim fatum, id est, vates, qui plebi fata futura praenuntiare volunt, *in circu et in aggere positum esse*, poeta canit, hisque verbis circum romanum intelligit et aggerem Tarquinii Superbi, ubi etiam id vatum genus frequenter esse et vaticinando victimum corrodere sibi solebat. Ac de circu quidem res est extra omnem dubitationem posita, siquidem ipsa, quae sequuntur, poetae verba:

consultit ante phalas delphinorumque columnas,

debita attentione expendimus. Quis enim ex DIONE CASSIO ignorat, delphinorum columnas illas, de quibus IVVENALIS, et phalas, quae ovi formam habuisse et viarum circuitus demonstrasse, dicuntur, praecipua circi Flaminii ornamenta fuisse. i) Iam vero poeta ante phalas illas et delphinorum columnas consultos esse vates piebeos, diserte testatur, hocque ipso nullum alium Romae locum; quam dictum illum circum verbis istis designare potest. Quid porro luculentius esse potest his LIVII k) verbis: *quoties hoc patrum aurumque aetate negotium magistratibus est datum, ut sacra externa fieri vetarent, sacrificulos vatesque foro, circu, urbe prohiberent, quibus forum et circum occupatum ab eiusmodi vaticibus fuisse, diserte adfirmatur.* Vnde etiam ratio patet, quare HORATIVS l) circum fallacem dicat:

*incedo solus, percontor, quanti olus ac far,
fallacem circum vespertinumque pererro*

forum,

ad quae verba vetus poetae scholia stes, m) fallacem, inquit, dixit propter

b) vide FRANC. HESSELIVM not. ad ENNIUM, p. 226.

e) vide doctissimos IVVENALIS interpretes ISAAC. GRANGAEVM, IO. BRITANNI-CVM, THEOD. PULMANNVM, NIC. RIGALTIVM, DOM. CALDERINVM, ad sat. VI. v. 590. OCTAV. FERRARIUM libr. II. elector. cap. 15. IVL. CAES. BVELLEGERVM de circu, cap. XVIII. ONVRHR. PANVINIVM de ludis circensibus,

libr. I. cap. 17. 10. ARGOLVM notis ad excitatum PANVINII locum, IO. GEORG. GRAEVIVM praef. tomo VIII. thes. ant. rom. praemissa: IO. ALE. FABRICIVM not. ad Dionem Gassium libr. XXXVIII. p. 600.

k) libr. XXXVIII. cap. 16.

l) libr. I. f. 6. v. 113.

m) p. 375. edit HORATII, quae cum CRVQVI commentario ex officina Planquiniana CIOIDCXI. 4. prodit.

XVIII COMMENTATIO SECUNDA

propter Sarmadacos et sortilegos mathematicos, qui ad metas spectatores circumstabant et imperitos sortibus et nugis fallebant. n)

VIII

Addimus III. vates eiusmodi plebeios, hoc ipso, quod superstitione plebs dare iis se solebat, ad aedes priuatas non facile admissos esse; sed publice in foris et plateis, fraudulentis suis vaticiniis victimum sibi quaesuisse. Magistratus enim, cui eiusmodi hominum fallacie non incognitae erant, qui simul probe perspectum habebat, eorum cum ciuibus commercium noxiun magis; quam salutare esse reipublicae, aegre eos ferebat, et, ut ex LIVIO o) patet, haud raro vrbe exterminabat. Multo vero minus aditus ipsis ad priuatorum aedes liber fuit, ne anili eiusmodi superstitione prausque illorum moribus ciues corrumperentur; aut ad flagitia patranda, ad quae eiusmodi hominum genus ceteris pronius visum, consulum indulgentia occasio praebetur. Spectant huc in primis decreta Augusti apud DIONEM CASSIVUM: p) τοῖς μάντεσιν ἀπηγορεύθη, μῆτρα κατανόεσσι τινὶ, μῆτρα περὶ θαύματα, μηδὲ ἀδέοι συμπαρώσοι, καὶ ταῖς, ταῖς interdictum est, ut neque remotis arbitris, neque coram aliis de morte cuiusquam praedicerent, et Tiberii apud SVETONIUM q) qui imperatorem baruspices secreto ac sine testibus consuli vetuisse, narrat, eam potissimum, ut videtur, ob causam, quod nihil velandis fraudibus et sceleribus et flagitiis tam idoneum visum; quam priuatae eiusmodi cum hac perditione hominum faece, quorum alii aliunde Romam venerant, amicitiae et clandestini congressus. A nullo genere non aequum sumnum periculum est, si coetus et concilia et secretas consultationes esse finas, inquit CATO apud LIVIVM. r) Vnde IVLIVS FIRMICVS s) sui temporis mathematicis, ac per id ipsum omnibus

n) in pagis et triuviis istud vatum genus saepe versatum esse, ex CATONIS et COLVELLAE locis, supra laudatis, efficitur. Vterque enim scriptor villicos horratur, vi ne aures illorum nugis praebant, neve cum iis verteruntur. Quo et refertur a nonnullis illud TIBULLI: retulit e triuviis omnia certa puer, quamquam alii verba e triuviis ad puerum, non ad omnia referre malunt. Videantur in-

terpretes ad hunc locum, p. 204. edit.
GRAEVII.

o) libr. XXVIII. cap. 16. Adde TA-
CITVM libr. II. annal. cap. 32. collatis
iis, que infra de variis, vrbe Roma-
pulis, dicentur.

p) libr. LVI. cap. 25.

q) vita eius, cap. LXIII.

r) libr. XXXIII. cap. 2.

s) libr. II. circa fin.

bus illis, quos futurorum caussa consilere harum rerum curiosi solebant, suadet, ut responsa sua publice dent, nec secrete cum aliquo fabulas conferant, sed palam sub conspicu omnium istius artis disciplinam exerceant, ne, si priuatim et domi id facerent, flagitii aliquam aut clandestinae factionis suspicionem contra se excitarent. Quapropter etiam CONSTANTINVS imperator ^{t)} vatum horum ad priuatorum aedes accessum binis legibus, altera ad urbis Romae praefectum, ad populum altera, grauissime interdixit. Audiamus ipsa legum verba, illius: *nullus aruspex limen alterius accedat, nec ob alteram caussam, sed buiusmodi hominum, quamvis vetus, amicitia repellatur, concremando illo baruspice, qui ad domum alienam accesserit et illo, qui eum suasionibus vel praemis euocauerit post aduentio nem bonorum in insulam detrudendo.* Superstitioni enim suae seruire cupientes poterunt publice ritum proprium exercere; huius vero: *baruspices et sacerdotes et eos, qui huic ritui adjacent ministrare, nempe vates, hariolos, et alii eius generis, ad priuatam domum prohibemus accedere, vel sub praetextu amicitiae limen alterius ingredi, poena contra eos proposita, si contemserint legem.*

X

PORRO et hoc IIII. notandum est, quaestus et victus sibi parandi caussa eiusmodi vates hariolatos esse; admodum tamen vile vaticiniorum horum fuisse pretium. Rarissimi enim sine dubio fuerunt inter plebeios vates, de quibus ACCIVS ^{u)} canit, auro locupletasse domos suas:

*nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant
alienas, suas ut auro locupletent domos.*

Neque tantam sibi polliceri poterant diuinationum suarum mercedem, quanta Pythiae illi contigit, quae, DIONE CASSIO ^{x)} teste, quadringenta sesterzia a Nerone accepit. Plurimi arte sua parum lucrari potueri, drachma contenti, quae centesima pars miniae fuit. Sic enim ENNIUS, ^{y)} cuius verba iam supra expressimus:

C 2

quibus

^{t)} cod. Theodos. libr. VIII. tit. 16. Bat. cccx. 8. editorum.
leg. 1. et 2. ^{x)} libr. LXIII. cap. 14. p. 1036. ed.
^{u)} Abyanacte, in fragmentis veterum ccl. REIMARI.
tragicorum, a PETRO SCRIVERIO Lugd. ^{y)} loco supra excitate.

*quibus diuitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt,
de his diuitiis sibi deducant drachmam, reddant cetera,
qui sui quaestus causa factas suscitant sententias.*

Proinde non diuitias; sed tantummodo victimum sibi et quantum
ad vitam sustentandam necessarium erat, vaticiniis suis sibi acqui-
rere solebant. Vnde OVIDIUS: z)

*scimus ab imperio fieri nil tale Diana,
vnde tamen viuat, vaticinator habet.*

Loquitur quidem poeta non tam de vatibus ultro citroque ober-
rantibus, seu de plebeis illis et vicanis, ut ENNIVS eos adpellat,
sed, quemadmodum recte obseruarunt IO. FRID. GRONOVIVS a)
et NICOL. HEINSIVS, b) de vatibus illis, qui in templo Diana Nemorensis, quod in luco Aricino fuit, futura praedicere, merce-
de conducti, voluerunt. Proinde laudatus GRONOVIVS vaticina-
tor hic, inquit, OVIDII est ex illa nota mendicorum, qui in luco Ari-
cino Diana Nemorensis sue Nemoralis stipem corrogabant titulo ar-
cana fatorum edicendi, quale genus mendicabula hodieque nomine Ae-
gyptiorum, sue Ciganorum Europam perambulant. Facili tamen con-
iectura ex vili harum diuinationum pretio coniicere licet, illud,
quod errabundi illi et mendicantes augures ex pagis triuisque
corrodere plerumque soliti sunt, haud certe maius fuisse. Spe-
ctant quoque hoc, quae de mulierculis iudeis eam in rem cecinit
IVVENALIS; c)

- - - cophino foenoque relicto,
arcana iudaæ tremens mendicat in aurem
interpres legum Solymarum et magna sacerdos
arboris ac summi fida internuncia caeli,
implet et illa manum; sed parcius aere minuto
qualiacunque voles, Iudei somnia vendunt.

quibus ex verbis, in eiusmodi vatuum oberrantium turba etiam
fuisse mulieres iudeas patet, quas poeta, quoad religionem spe-
ctamus, ab yrbe Hierosolyma, quae primum Solyma fuit dicta, in-
terpretes legum Solymarum, id est iudaicarum; ratione vero loci,
ubi ista errabunda gens tum commorari solebat, magnas sacerdotes
arboris adpellat, hocque sine dubio ad nemus Egeriae respicit,

quod

a) libr. I. de Ponto, el. I. v. 41.
a) libr. IIII. ols. 7. p. 590.

b) not. ad excitatum locum OVIDII.
c) sat. VI. v. 542.

quod eius tempore iudaei inhabitarunt. *d)* Ac de his mulierculis poeta dicit, *insurrare eas in aurem effeque summi fidias internuncias caeli*, id est, insurribant sibi occurasantibus, num futuram sortem, futura fata sibi euentura scire vellent, esse se internuncias caeli, id est, scire se et dicere posse, quid deus de quolibet homine disponuerit ac decreuerit. *Quae vero pro his vaticiniis merces dari solebat vatibus istis? aere minuto,* inquit poeta, id est, trientibus er id genus aliis paruis et perexiui pretiū numismatibus, somnia sua vendunt.

d) vide RUBENIVM libr. II. elector. cap. 26. ISAACVS tamen VOSSIVS notis ad Catullum, p. 200. iudeos sic dictos esse autumnat a vite aurea templi Hierosolymitani, in Louis Fidii templum Romanum a Pompeio translatam.

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
IO. FRIDERICO MEYERO

s. d.
JOANNES GEORGIVS WALCHIVS

Ea est vita tuae academicæ ratio, vt, qui te norunt, non possint non multos tui similes et nostræ academicæ et patriæ tuae optare. Primum enim te morum probitate commendas, non ea quidem, quæ speciem tantum vitæ honestioris civilis habet; sed quæ in vero cultu diuino et debita erga supremum numen pietate nititur. Deinde magnam in literarum studiis adhibes diligentiam, cuius ipse ego testis ac spectator adhuc in scholis meis fui, quibus te frequenter interesse, traditaque diuinioris doctrinæ placita ac præcepta ad usum tuum sedulo convertere, video. Itaque, quum neque recta mens tibi desit; neque facultas ingenii; neque discendi et proficiendi studium, summam de te mihi iure meritoque ipsæ facio ciuitatique christianæ uberioriæ ex te industriae ac virtutis fructus pollicor. Gratulor tibi de laudum tuarum, quas, inito litterato confictu, facies, accessionibus deumque optimum maximum precor, velit pro infinita sua gratia rerum tuarum statum omni tempore fortunatissimum efficere, tibique omnia, quibus uera et constans felicitas absoluatur, large effeque impertire. Ienae, d. XXVI. mart. CIRIO ACCXXI.

INGENII INDVSTRIAЕ VIRTUTISQVE ERUDITAE
FLORENTISSIMO IVVENI
IO. FRIDERICO MEYER
COGNATO SVO SVAVISSIMO

s. d.
IO. BERNHARDVS WIDEBURG.

Quadragesima hoc ipso, quem per Dei gratiam agimus, elapsi sunt anni, cum Parvus Tuus maxime Reverendus absolute feliciter in hac optimarum artium officina

officina studiorum curriculo sub meo praefidio dissertationem concinne conscriptam *de luce primigenia*, magna cum laude defendeberet. Egregie itaque premis vestigia Venerandi Parentis, ipsoque palmarum rareripere videri, quod anno in hac muliarum fede nondum finito in cathedralm properas, publicum industriae et doctrinae specimen editurus. Mihī tanquam testi oculato dudum ea innotuit, cum ab eo tempore quo hoc scieniarum emporium ingressus es inter inquili nos meos magna cum laude verferis. Rerum diuinarum Te consecrasti intelligentiae, ut purioris religionis castumoniam tueri aliquando, munusque adserenda veritatis cœlestis cum fructu obire possi. Ita vero in sanctiore hanc incumbis disciplinan, ut, quae vere ita dicuntur, elegantiorum litterarum et sapientiae studia haud negligenter coleres, illa omnis bonae eruditiois fulera atque praefidia, sine quibus in altiores doctrinas intempestive multi et frustra raut. Perlausum Tibi haud immerito habes, iuxta vitæ integritatem morumque innocentiam in diuinorum oraculorum interprete publicoque hortatoris pictaris multorum solidarum eruditiois plus sinecuae prudentiae requiri insigniterque illi prodest, si inter alia genuinam ad persuadendum accommodate dicendi rationem et natura ipsa, et humanæ adiunctionis indoto ac nativis animi inotibus deriuatam maturius didiceris. Ex apimo igitur Tibi gratulor de parta doctrina et quae illa longe maior, est et praestantior, honestate animi Tui morumque humanitate. Tu modo alacris insta praeclatis coepitis; nec vñquam de Te descessis; utque diu studere possis, in gaudium et solamen Venerandi Parentis diu viue ac vale. Scrib. in Academia Salana die **xvi. Martii 1510 CCCLX.**

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
I O. F R I D E R I C O M E Y E R O

S.

P.

D.

I O. E R N E S T V S I M M A N V E L W A L C H I V S

Ex quo ad hanc liberalium artium mercaturam te contulisti, optimae speciei iuueniem te esse, perfexi, quoque ingenio neque præclaras ad eruditioem vires; neque animo tuo virtutes illas deesse, cognoui, quae litterarum ciuem in academicis ornare solent ac commendare. Accedit præterea apud te laudabilis diligentia et singularis in ingenuarum disciplinarum studiis proficiendi ardor, quem vel illo labore frangi, aut immixui, tanto minus patiebare, quo sapientius apud te vitæ academicæ breuitatem reputabas et quam angusti fuit temporis illius limites, quibus ingenii nostri ornandi excolendone eura in muliarum officinis plerunque circumscribitur. Neque vero non ipsa studiorum tuorum ratio prudenter est instituta siue comparata, ut multis ex te patriæ fructus quisque possit augurari et promittere. Quum enim arctissimum illud humaniorum diuiniorumque litterarum vinculum probe perspectum habes, quum experientia te docet, permagnum in illis ad has rite excolendas inesse praefidum et quam turpe sit nostris temporibus barbare philosophari, prudens sane instituto summan in eo adhuc posuisse operam, ut quidquid tibi temporis a philosophiae et grauiorum disciplinarum studiis reliquum fuit, id omne mansuetibus musis consecrare, sermonisque inprimis latini purioris cognitionem haud vulgarem tibi adjuceres. Quibus ornamenti instructo tibi sautissima queuis et fortunatum laborum tuorum exitum tutus spondere possum spemque mihi facere certissimam, diligenciae ac virtutis tuae præmia in patria tua fore amplissima. Ienae, d. xxvii. mar. 1510 CCCLX.

* * *

Skore-Biba 8/~~K~~57.

76 4898

f

ULB Halle
003 507 459

3




56.

ND18

N.C.

retro



B.I.G.

TIO SECUNDA

DE

VETERVM IDICIS

R. XVI. 16

E S I D E

MAN. WALCHIO

OS PROFESSORE PVBLICO ORDIN
AE IENENSIS DIRECTORE
OVM ET FLORENTINAE
ARIAE SODALI

MART. CICICCLXI

TORVM DISQVISITIONI
VBMissa

A

RICOMEYERO

ERGA-CHERVSCO

N A E

SCHILLIANIS